Exhibeam⁹ nosmetipos sicut dei ministros i castitate. Jtē scribit ad thi. j. v. Teipm castū custo di. Castitas aūt est pedomitis vicioꝝ furijs munda et honesta tocius corpis hitudo. sed heu multi derelicta castitate sui unt immūdicijs luxurie. Dñ dr iiij. Regū. Seruiuit amon rex immūdicijs et adorauit eas et dēliq̄t dñm deum pm̄ suoꝝ. Amon mēp̄tat onerans vel onustus et sigmificat luxuriosos qui onusti sūt dño. Laboāt em̄ sustinēs immūdicias coꝝ. Dñ ipe dr ysa pmo. Laboraui sustimēs. De seruicō equitatis siue iusticie dr thobie xiij. Cōuertimi pōres et facite iusticiā corā deo credētes q̄ faciat miaz suā vobiscū Jtē dr tho. xiiij. In hora exitus sui vocauit ad se thobias thobiam filiū suū et septē iuuenes filios eius nepotes suos. et dixit eis. Seruite dño in ūore et in veritate et inq̄rite ut faciatis que placita sunt illi et filijs vestris mandate ut faciant iusticias. Justicia vero est equitas ius vniuiq̄z rei tribuēs p dignitate cuiusq̄z. Pauci sūt qui faciūt hodie iusticiā. p̄pter hoc cōquerit dñs ysa. lix. Cōuersū ē retrorsū iudiciū. et iusticia longe stetit q̄ corruit in platea veritas et equitas nō potuit ingredi. fcā ē veritas in obliuionē. De seruicō pietatis siue mie scribit aplūs ad thimo. ij. iij. Exerce teipm ad pietatē. nā corpalis exercitacō ad modicū vtilis ē. pietas aūt ad oia vtilis ē p̄missionē hūs vite q̄ nūc ē et future. multūq̄z igit quisq̄z niti debet ut sit pius et mseicors i eleōsinis dādis. et pauperibz cōfouēdis. q̄ magna grā ē eis reposita qui cū pietate siue mia moriunt. Dñ dr ij. mach. xv. Judas machabeus cōsiderabat q̄ hij qui cū pietate dormitionē acceperāt optimā habebāt reposita grām. ¶ De q̄rto nota q̄ sex cause assignāt quare quilibet dño seruire teneat. Prima causa ē seruilis cōdicō. p̄pter seruilē quippe cōdicōnē tenemur ei seruire. Ipse em̄ de limo nos plasmauit. qđ recognouit dauid rex ita dicens in psalmo. O dñe ego seruus tuus et filius ancille tue. quasi diceret. O dñe ego sum seruus tuus q̄a ad ymaginē tuā me creasti. sū et seruus tuus q̄ mihi spiraculū vite idest aiam inspirasti. Et bñ dico q̄ sū seruus tuꝰ sum em̄ filius ancille tue. i. terre q̄ ē scabellū pedū tuoꝝ. Secūda causa est carissima emptio. Precōso q̄ppe sanguine de ptāte dyaboli nos redemit. Unde dicit aplūs ad chorin. j. vi. Empti estis p̄tio magno glorificate et portate deū in corpe vestro. Et petr⁹ j. i. Nō auro vel argēto redempti estis. ꝫ p̄cōso sangne ihu xpi. Oportet ergo vel q̄ dño seruiam⁹ vel q̄ ei totū sangnē suū quē p nob effudit psolua⁹. alioq̄n cōtra nos sanguis suꝰ aget i iudicō. Tercia cā ē impēsi beneficij recōpēsacō. Recōpēsare q̄ppe debem⁹ deo beneficiū quo nobis seruiunt. Dñ ipe dr ysa. xliij. Seruire me fecisti in pcīs tuis. Prebuisti mihi laborē in iniquitatibz tuis. Omnia que dominus fecit in carne quasi q̄dam seruitus fuit videlicz q̄ ieiunauit q̄ plorauit q̄ predicauit q̄ orauit q̄ infirmos curauit et q̄ dolum suum exhibuit penitētibus et genas

tellētibz et q facīē suā à cōspuentibz
nō auertit·et q suū patibulū ipe tu
lit et cetera pluā·Quarta cā ē ꝓpie
ꝓmissionis obligacō·ꝓmisim9 em̄
in baptismo q ei ꝓuiē dēte rem9·Vñ
dt ecle·v·Si q̄d wuisti do ne more
ris reddē·milto em̄ melꝰ ē nō wuē
q̄ post wta ꝓmissa nō reddē·Quinta
cā ē cotidiam bonī eroga cō·Cotidie
nāqz accipimus būficia dei q̄ merito
dꝰuiē dēte m9 Et certe lōgū essz sin
gula būficia dei q̄ cotidie de manū su
e clemētie suscipim9 p ordinē recita
re·Vt aūt de oibz alys būficijs dei
taceā quātū putatis q valeat aer
quē oī tpe ad inspirādū accipim9 et
expirādū·Sexta cā ē eīne m̄cedis
expectacō·Vñ dr ysa·xl·Dic ciuitatibz
iude ecce dñs vr̄ ecce dñs dē9 in for
titudine veniet ecce merces ei9 cū eo
Ipe ecia dñs dt mat·v·Gaudete et
exultate ecce em̄ merces vrā copio
sa ē in celis·Bene dt copiosa q si nu
merari ꝑñt stelle celi numerari ecia
poterit merces et p̄miū ꝯuoꝝ dī·Ro
gate ergo dñm ut tā fidelit ei in hac
vita ꝯuiamus ut post hāc vitam ad
mercedē inenarrabilē ꝓueniam9·

Dñica xvi· Sermo· lxx·

Ibat ihūs in ciuitatē q̄ vocat̄ na
ym Ln pīti euangelio q̄tuor
pcipalit̄ sūt nōnda·Primū ē q̄d p
ciuitatē quā ihūs ingredit exprimat̄·
Secūm ē q̄d p defunctū q̄ efferꝰ itelli
gat̄·Tercīū ē q̄d p mrem viduā plo
rātē accipiat̄·Quartū ē quō defun
ctus iste vite restituat̄· De ꝑmo
nō q p naym ciuitatē mūd9 iste figu
rat̄ et exp̄mit̄·Naym em̄ interp̄tat̄
fluct9 vl cōmotio·Et vere sīc fluct9
ē instabilis·ita oia q̄ sūt in hoc mū
do subiacēt instabilitati· Vñ dicunt
mūdi amatores in inferno existētes
sapi·v·Quid nob ꝓfuit superbia aut
diuicia aut iactācia q̄d contulit nobis·
trāsierūt oia tāq̄ vmbra a tāq̄ na
uis q̄ trāsit fluctuātē aquā cui9 cū
qz ptrāsierit nō ē vestigiū inuenire·
Trāsierūt em̄ et nauis et aq̄·q̄ūd9
em̄ appellat̄ cōmocō et nō imerito·sp
cōmouet̄ ad similitudinē maris qd
nūq̄ ꝑt quiescē·Vñ dr ysa·xix·Con
curre facia egiptios idest quemlibet
mūdanū cōtra mūdanū·a pugnabit
vir cōtra frēm suū et vir cōtra aiam
suū·ciuitas cōtra ciuitatē·et regnū quasi
aduersus regnū·Qz hec vba sūt ve
ra satis hodie patet· Vnanc ciuitatē
cotidie dñs et sine imēmissione ingre
dit ꝓ desideriū qd hz ad cōuisionē pec
catorū·Sequūtur ecia eum discipu
li eius idest omnis cōgregacō btōrū
et turba copiosa·i·ois exercitus an
gelox·Oēs siquidē iam bī necnon
et vnīsi angeli videtes q̄ ret eox
desideret ꝙuersionē pcox·desiderāt
et ipi ꝑsertī cū p cōuersionē pcorū
citius impleatur nūs electorum
De secūdo nota q p defunctū qui ad
portam ciuitatis effertur· quilibet
pcor itelligit cui9 pca ad hoīm no
ticiā puenerūt·q̄ manifeste q̄ppe pena
re ē portari ad portā ciuitatis·In porta
eī frequēs ē introitus et exitus hoī
nū·et bn pcor defunct9 appellat̄ cor
pore·mortuus est demqz in aia cora
deo·Et nota q sicut glose testiōmio
hō a quatuor elemētis cōstat·videli
cet aere·igne·terra·et aqua·Ita ed
sūt q̄tuor gnā pcox p p̄dicta q̄tuor

lxx

elemēta sīgficata q̄ portāt pcorē ad
sepulcr̄ infer m· Per aerē igit̄ sīgfi
cat̄ supbia q̄ semp appetēs excellere
vult alys dñari· et hec ē vna et pa
ex illis q̄ hoīnē deportāt ad infernū
Habz aūt hec supbia quādā sororē
q̄ vocat̄ vana glā q̄ iuuat eā portāe
defunctū in vna parte feretri· Sup
bia aūt ē quosq̄ alios oppimere et
de malis qubusl̄bet se iactare· Va
na gloria ē p bonis q̄ facit humanā
laudē appetē et se meliorē vel sancti
orē q̄ alios reputāe· Cōtra supbiā
et vanā gloriā dr iob·xx· Hoc scio
a pncipio ex quo posit9 ē hō q̄ laus impioꝝ breuis sit et gaudiū ypocri
te ad instar pncti· Si ascēderit vsq̄
ad cēlū supbia eius et caput eius·s·
nubes p vanā gloriā cēlū tetigerit·q̄i ster
quliniū in fine pdēt· et qui viderāt
eum dicēt·vbi est· pt rūderi· Ipe est
in inferno deformior q̄m aliq̄s busto
et hoc satis ē dignū· Qui em̄ p humi
litatē noluit similari deo pulchertio·
p supbiā factus ē similis dēmi defor
missimo· Dicit em̄ greg· Apostate ā
gelo similis efficit̄ qui alijs hoīb̄z eē
similis dedignat̄· Per ignē sīgt̄ ira
que hominē intrīseus inflāmat· et
hec altera parte portat feretr̄ defun
cti quā ecīā iuuat portare sororē sua
scz inuidia siue odiū quia odiū ē ira
inueterata ut dr aug9· Est aūt ira
subita tēpestas animi q̄ aliquis mo
uet̄ ad nocēdū alijs· Inuidia aūt ē
dolor ex aliena felicitate nascēs· Cō
tra irā dr eccl̄s·xxj· Aufer irā a corde
tuo et amoue malicīā a carne tua
Et q̄re hoc? Ira em̄ viri iusticīā dei
non operat̄· sicut dr iac· pma primo

contra inuidiā· Dicit ecīā pu·xiij·
Putredo ossiū inuidia idest virtutū
Item cōtra inuidiā dr sapi·y· Inuidi
a dyaboli mors introiuit in orbē ter
raꝝ· Imitāt aūt illū idest dyabolū q̄
sūt ex pte illius·i·inuidi· Per terrā
intelligit̄ auaricia que terrena desi
derat· hec in tcia pte feretri portat de
functū ad sepulchrū infernī· Habet
et ista sororē videlz acridiā q̄ socia
eius ē i portādo· Est aūt auaīcia ml
ta acquirē nec superflua paupibz ero
gaē· Acridia vero ē desidiosus aī tor
por a bono icepto faciēs aliquē resili
re· Et satis ogrue auaīcīā sequit̄ ac
cidia· q̄ p mimū desideriū et concupi
scēcīā tpalis boni nascit̄ hoī tediū et
obliuio sūmi boni· Cōtra auaīcīā dr
abacuc·y· Ve ei q̄ multiplicat nō sua
vsq̄q̄ aggūat otra se densū lutū? Ve
ei qui cōgregat auaricīā malam do
mui sue ut sit in excelso mdo eio· Cō
tra acridiā dr eccle·vi· Audi fili subij
ce humerū tuū et porta sapiām·i· ser
uitutē dei· et ne acridieis in vinculis
eius· in nouissimis inuenies requiē
in ea· et cōuertet̄ tibi in oblectacōnē
Per aquā que ē quartū elementum
luxuria figuratur· Hec em̄ semp de
spumat in libidinē· Luxuria vo i q̄r
ta pte feretri deportat mortuū ad se
pulchrū tormētoꝝ· Hz et ipa sororē
scz gulā q̄ assistit ei in portādo· Est
aūt luxuria inordinata carnis petu
lancia idest dulce carnis venenū qđ
corpus hūanū debilitat et viribus aī
robur eneruat· Gula ē voraz edacī
tas nauseāti stomacho applaudēs
nature finibz non contenta· Cōtra
luxuriā dicit eccle·xi· Malicia hore

vmus. s. in inferno obliuionē facit luxurie maxime et in fine hoīs denudacō opm illi9. Cū em̄ mortu9 fuerit hō tūc statuēt oīs imūdicie añ oculos ipi9 qs opat9 fuit p̄us et p̄ has imūdicias irremediabiliť puniet. Contra gulā siue crapulā dr ecclē. xxxv. y. ppē crapulā multi perierūt in morte videlz tpali et eternali. ¶ De tertiō nō q̄ siat dr glō. p mēz viduā que flens sequebať defunctū filiū sancta ecca figurať. Ideo em̄ vidua vocať q̄ viduata ē corpali p̄tia kīmi sponsi videlz ihu xpi. Hec aūt mater quelibet pcōrē amarissimē deflet tāq̄ vnicū filiū suū. Quilibz em̄ regeneratus ex aqua a spū scō ē ei tāq̄ vnic9 filius sume dilcūs. vñ et sume dolet ei9 pditionē. ¶ De q̄rto nō q̄ ad hoc q̄ pcōr resuscitet a pcīis ad spem vite eterne q̄tuor requrūť. Primū ē q̄ ihus accedat et loculū tāgat. Secūm ē q̄ hy stent qui defunctū portabāt in loculo. i. in feretro. Tertiū ē q̄ ihus defuncto impet ut resurgat. Quartū est ut defunctus se erigat et loquať Et sic quinto matri viuus restituet Tunc ihus accedit et loculū id est cōsciencīā pcōris tāgit qñ ei metū illius extremi iudicij mittit. in quo scz iudicō dñs pcutiet virga crudeli omnes pcōres terre. O q̄ infelix quem agnus tūc leo effectus feriet virga labioz suoz dicens. Ite maledicti in ignē eternū. Tūc aūt stant q̄ prius mortuū ferebāt qñ videlicz pcōr compunctus p timorē cōterit et desistit a pcīis que eū prius ad puteū gehēne portabāt. Tunc vero ihs pcōri mortuo imperat ut resurgat qñ videlicz ei robur gr̄e āministrat. Grā q̄ppe dei dat hominī vires ut possit resurgere. Tunc vero mortuus se erigit et sedēs loquit. cū pcōr p spem venie se leuat ad cēlū. et tunc sedens loquit qñ pcta sua discrete et integre confitetur. Oportet ergo ut quilibet pcta sua cōfiteať alias saluari nō poterit Cū aūt locutus fuerit p cōfessionem. tūc quinto ihs sacerdotū ministerio pcōrē iam pnitentē restituit eccie p pcti ablucōnē et debite satisfactiois iniunctionē. Rogate ergo dñm ut tā strenue pro pcīis nīis in vita satisfaciamus. q̄ post hanc vitā in cōspectu eius fiducialiť appareamus. Qđ no.

Dñica xvij

Ecce hō quidā ydropicus erat ante ihm. Ipe vero apphēsum sanauit eum ac dimisit. ¶ In isto euāgelio tria pcipaliť sūt hic nōnda. Primū ē quid p domū principis pharisei figureť. Secūdū ē quid p ydropicū intelligi detur. Terciū qualiter ydropicus a ihesu sanetur. ¶ De primo nota q̄ p domū principis pharisei scā ecca figurať. Princeps aūt pharisei est gloriosa virgo maria. Ipa em̄ utpote mr̄ a spōsa soror et filia regis eterni. pceps ē totius ecce. De hac pcipe dr cā. vij. q̄ pulcri sūt gressus tui in calciamētis filia ~~tyon~~ principis. i. dei. glō. Ipa em̄ fuit filia et mr̄ principis illi9. cui9 principatus factus ē sup humerū eius. vt dr ysa. ix. Per crucē q̄ppe quā dominus ihs portauit in humeris suis meruit principatū impij sēpiterni. Gressus igiť filie istius principis. i. act9 btē vgīs pulcri fuerūt in calciamētis

idest in exēplis scōz ptm̄. Ipa nēpe studiose imitabaf̄ vtutes et exēpla pcēdētiū ptm̄ ac in oībz strēnue exeq̄baf̄. Et bñ btā vgo pūceps phariseoz appellaf̄. Pharisei quippe diuisi imēptāf̄. Ipa em̄ ē pūceps et dña fidelīū qui vita et moribz diuisi sūt a pplō dyaboli. Populꝰ q̄ppe dyaboli superbz ē. iracūdꝰ. inuidꝰ et accidiosus. auarus. luxuriosus et gulosus Populꝰ aūt btē vgīs e diuso humilis ē mitis benignus et religiosus. sufficiens etiā in hijs q̄ a deo hz et castus. et sobriꝰ. Ihs aūt hāc domū. i. ecclaz intrat sabbo māducare panē. Desiderāt em̄ ut pūores ipi sabbm faciāt idest a pūis desistāt a eū q̄scē ptmittāt quē cotidie p pūa impugnāt. Desiderat etiā ut dent ei māducare panē idest ut dcetero p cōfessionē verā. volūtatē suā pficiāt. Vñ legif̄ in iohe. iiij. Qz cū ihs mulierē samaritanā ouertisset et illa in eū credēt. venerunt discipuli eius apportātes cibū materialē et dicebāt. Rabbi māduca. Quibus ipe rñdit. Ego cibū habeo manducare quē vos nescitis. q. d. bñ refectus sū p cōfessionē et fidē huiꝰ mulieris. Quicūq̄z em̄ facit voluntatē di. optimo cibo cibat eū. ¶ De scdo nō q̄ p ydropicū q̄libz pūor intelligif̄. Et hoc nō imerito si q̄s pprietates et diuersitates ydropisis adaptauerit pūis Est em̄ ydropis error digestiue vtutis in epate. tumorē membroz gñans. Et nō q̄ p ydropicū itelligif̄ hō qui septē moribz pūis ē inuolutꝰ videlicet superbia. ira. inuidia. auaricia. accidia gula a luxuria. Est em̄ q̄druplex ydropis. Prima vocaf̄ leuco flegmacia. q̄ hāc patiūf̄ totū corpꝰ hz vehemēter iflatū et superficies cutis eius ē alba. Vñ p hāc figūr superbia a vana glā et mirabiliē hoīnē ifīcit. Cōf̄ dt aplūs ad chorīm. i. iiij. Vnꝰ adūsus alterz nō infleē. Itē ad chorīm. ij. xij. Nō sint iflacōes in vb̄. Scda spēs ydropisis. yposarca vel anasarca vocaf̄. In hac ydropisi superfluꝰ humor nō vsqz ad cutē vel exteriꝰ expelliē. ꝫ sub carne retineē. Vñ yposarca designat inuidiā que interiꝰ iacet. Putredo q̄ppe ossiū ē inuidia sic dt pū. xiij. Tercia spēs ydropisis vocaf̄ timpanites. qui hāc patiūf̄. vter eoz p aussus resonat ad modū timpani. pter hoc p hāc ira designaf̄ q̄ hominē suscitat in indignacōnē et clamorē Cōtra dt aplūs ad ephe. iiij. Nolite cōtristare spīm scm̄ dei in q̄ signati estis in die redēptōnis idest in die baptismatis regeneracōnis. Et quō nūc cōtristabiť sequiť. Oīs amaritudo a ira et idignacō et clamor et blasphemia tollantur a vobis cū oī malicia Quarta spēs ydropisis vocaf̄ aschites. qui hāc patiūf̄ vter eoz passus resonat ad modū vtris semiplen. Vñ p hanc gula figuraf̄. Vere em̄ gulosi patiūf̄ aschitē. q̄ venter eoz semp estuat ad cibū a ad potū vel vter semiplenꝰ. Cōtra hoc dt paulꝰ ad roma. xiij. Non sitis i cōmessacōibus et ebrietatibz sed induimi dñm ihm xpm. q. d. Nolite nimis cibū et potū appetere. sed potius appetite dominū ihm xpm. quia ipe est vera refectio animaz vestrarū. Quintū q̄d attēdiť in ydropico hoc ē q̄ sic glosa dt. ꝓpriū ydropisi ē q̄nto plꝰ biberit

tanto ꝯplius sitit·et p hoc wcari ꝑt auaicia q̄ semp ē sitibūda· Auaicia em̄ ē vna filiaꝝ illi⁹ sangsuge·i·dyaboli q̄ semp dt affer affer·ut dr pu. xix·ibi dt glo·Creſcit amor nūmi.q̄n tū pena creſcit· Dicit etiā ſaluſtius Auaicia pene ſtudiū hz.quā nemo ſapiēs vnq̄ ꝯcupiuit.et q̄ veneis ī buta corpus aimq̄ virilē efferminat. semp infinita semp insatiabilis neq̄ copia neq̄ iopia minuit· Hextū qd attendit in ydropico hoc ē q̄ hz feti dū anhelitū·et p hoc nōt luxuria q̄ fetet cra deo et āgelis et hoibz· ꝑ hoc dt āſelm⁹·O q̄ tolerabili⁹ fetet cmis putridus hoibz q̄ aīa pctrix deo· Heptimū ē qd attēdit in ydropico q̄ videlicz q̄is ē a piger·et p hoc exprmit accidia que hominē q̄ē et pigrū reddit in obſequio ihu xpi Cō tra pigros et accidioſos dr pu·xx. pter frigus piger arare noluit.mendicabit ergo eſtate et non dabit ei Pigri ꝑ frigus dehdie nolūt modo mittere manus opacōis ad aratrū crucis qd ipe ihs q̄i quida bos trax it·et ꝑ hoc in eſtate cū ſol ſempit mardoris caput coz exuret·mendicabūt diuinā mīam et nō dabit eis nec vna gutta alleuiacōis et mīe·

¶ Tercō nō q̄ ad hoc q̄ ydropicus a dño aueat tria requirūt·Primū ē q̄ ydropicus añ dñm appareat Hecūdū ē q̄ eū dñs ap̄hendat·Tercīū ē q̄ ſanet eū ac dimittat·Primū igit ē q̄ ydropicus ſit et appareat ante ihm/q̄n videlz dñs pcōrē reſpicit oculis mie ſue· Hic dñs petrū qui eū ter negauerat oculis mīe clementer reſpexit·Dñ dr lu·xxij·Et cōuerſus dñs reſpexit petrū·et egreſſus petr⁹ foras fleuit amare·Hcdo ad curationē ydropici nōte ē ut dñs eum duplici manu ap̄hendat·i·ad ſe prēdat videlicet manū mīe et manu iuſticie· Quelibz iſtaꝝ manuū q̄nq̄ digitos habet·In manu vo mīe p̄mus digit⁹ ē q̄ dñs nos ſuo ſanguine de ptāte dyaboli liberauit·Hcdus digitus eſt q̄ dñs nos baptiſmati vuos reſeruauit· Tercius ē q̄ pcta nra diutiſſime tolerauit·Quartus ē q̄ inſup nob nēcitates corpis ſatis largit amminiſtrauit·Quintus digit⁹ ē q̄ ſe ad hoc q̄ nos ad pmiaz libentiſſime ſuſcip et obligauit·Et vere hec q̄nq̄ diligent cōſiderata de iure pctōrē moue debent ad pmiam·Cū aūt pctor hec quinq̄ fideliter cōſiderās ad pmiam cōpūgit·tūc eū dñs manu mīe ſue ap̄hendit ad ſalutē·Altera manus dm̄ ē man⁹ iuſticie·Quinq̄ vo digiti manus iſti⁹ ē quintuplex cōſideracō circa diuinā iuſticiā·Primo em̄ rōnē reddituri ſum⁹ cra dīna iuſticia de aīa et corpe nrō q̄ ab ipo ut p hec ei fruirem⁹ accepim⁹·Hcdo racōnem reddem⁹ de ſanguine vnigeniti filij dei qui debitus vices ſuitutis nō repēdim⁹·Tercō rō a nob requirit de oī tpe a de vniuſis q̄ cū tpe de manu dm̄ ſuſcepim⁹·Quarto rōnē reddem⁹ de oī pcto qd vel cogitacōe vel locucōne vel opacōe cōmiſim⁹·Quinto rōnē reddem⁹ de oī bono ope qd poteram⁹ facere et nō fecim⁹·Quis hec q̄nq̄ bn cōſiderās etiā ſi ſaxeus vel ferreus fuerit nō trepidabit? Quēcūq̄ g⁹ dñs hac duplici manu p ſpem et metū vel ap̄hendens ſn dubio ſanabit eū p vera

pmam a sic sanatū dimittet in pace
ac requie sempiterna. Rogate g̃ dñm
ut sic nos sanare dignet vt ad eternā
regem pugere mereamur. Qđ nob nr̃e

Dñica xviij. Sermo. lxxij.

Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo et ex tota aia tua et ex tota mente tua. Quatuor sūt hȳ nonda Primū ē quē dñs diligi precipiat. Secundū ē quare quibz dñm diligere teneat Tertiū ē quibz signis alios deū diligere ꝓbet. Quartū ē q̄ bona q̄ deū dilexerit assequat. De primo nō q̄ dñs diligi precipit ex toto corde a tota aia et ex tota mente. Ex toto corde dñs diligi precipit q̄ ut dicit phūs. cor est principiū oīs sensus et motꝰ. et oia membra vtute a corde recipiūt. Igit dñs ex toto corde ē diligendꝰ. i. ex oī motu a sensu nrō. s. ex oibz vbis et opibz nris et ex oī visu auditu gustu odoratu a tactu ut videlz vba lingue nre a opera manuū nrāz a oēs sensus nros exteriores ad dilectionē dñi tot̄amꝰ. Ex tota eciā aia dñs ē diligendꝰ. Aia vero tres hz potentias. s. rationabilitatē concupiscibilitatē et irascibilitatē. Per rationabilitatē discernit inē bonū a malū p concupiscibilitatē diligit bonū. p irascibilitatē respuit malū. Igit ex tota anima. i. ex oibz potentijs eiꝰ deū debemus diligere ut videlz dei dilectione nos iuitate inē bonū a malū discernentes Bona. i. vtutes eligamus. et mala hoc ē vicia respuamꝰ. In tota eciā mente. i. ex oī memoria dñs ē diligendus Sicut ei ipe nūq̄ obliuiscit miserei nri. sic eciā dignū ē ut et nos cotidie remiscamur amoris sui. De scdo

nō q̄ ad tminꝰ ꝓpt q̄q̄z cās q̄libz te neat dñm diligere. Prima ē q̄ nos ad ymaginē suā creauit. De hoc dicit ecclꝰ xij. Deꝰ creauit de tra hoiem a scōm ymaginē suā fecit illū. Hic ecclē dicit augustī. i libro de spū a aia. Quiser ego q̄ntū debeō diligere deū meū q̄ fecit me cū nō erā. Nō erā et de michilo me fecit. nō lapidē. nō arborē. nō auē vel aliq̄d de aialibz. ꝑ voluit me esse hoi nē dedit m̄ viuē sentiē et discernere. Secda cā ē q̄ nos de pte dyaboli p suū sanguinē liberauit. Vñ dicit apls ad titū ij. Qui dedit semetipm p nobis ut nos redimet ab oi iniq̄tate a mūdaret sibi plm acceptabilē secta torē bonoꝝ opm. Oīs iniq̄tas dyaꝰ appellat q̄ ipe in iniq̄tate delectat. et iniq̄tatē psuadet. Diligēdꝰ ē dñs dei filiꝰ q̄ sanguine suo de manu iniquitatis. i. dyaboli liberauit. et q̄ eciā p ipm cruorē suū nos lauit et emūdauit ut deo pū acceptabiles reddere mur et deinceps bona opa sectare mur. Hinc eciā dicit augꝰ in prēdō libro. Miser ego q̄ntū debere diligere deū meū qui me redemit cū pierā. ad mortalē descendit. mortalitatē suscepit. mortē vicit. et sic me restaurauit. perierā venit ille post me ut redimeret me et tm̄ dilexit me ut sanguinis sui pciū appenderet p me. Tercia causa ē quare dñs ē diligendꝰ q̄ pcā nrā dissimulauit. Vñ di sapientie. Miserereris oīm q̄m oia potes et dissimulas pcā hoim ꝓpt pnāz. Diligis em̄ oia que sūt et nichil odisti eoꝝ q̄ fecisti. parcis aūt oibus q̄m oia tua sūt dñe q̄ amas aias valde Itaq̄z isanꝰ ē hō si nō dilexit deū suū

qui excessus suos graues et multi
plices quos stati punire poterat tã
diu toleauerit. Quarta cã ẽ qz corpa
les nãitates satis largit amistrait
nobis. Vñ ipe dñs ait. mat. vi. No
lite solliciti esse dicẽtes qd mãducem
aut qd bibem aut q opiemur. Scit
enim pr vr celestis qz hijs oibz indige
tis. Primũ igit qrite regnũ dei et iu
sticiã eius et hec oia adicient wbis
Itẽ dt dñs lu. xij. Nolite querẽ quid
mãducetis aut qd bibatis. Pr enim
vr scit qz hijs idigetis. verũtñ pmũ
qrite regnũ dei et hec oia adicient wo
bis. Sup hũc locũ dt glo. Indecor ẽ
hoi aurare de cibo et veste q militat
regno. Nouit ei rex quẽ ad modũ fai
tã suã pascat. alat. et vestiat. Nota
eciã qz dñs dicẽs. nolite solliciti esse
dicẽtes qd man. ac. non phibet qui
dẽciã p quã in sudoe vultm panis ppa
rat. ꝫ vetat sollicitudinẽ que mẽtẽ p
turbat et ab eẽmis revocat. Quinta
causa ẽ qre dñs diligẽdus ẽ. hoc ẽ qz
nobis regnũ copiosissimũ pparauit.
Vñ dt petr can. j. i. qz nobis p ihm
xpm hẽditas incorruptibilis incõta
minata imarcessibilis in celis ẽ cõser
uata. Dicit eciã mat. xxv. Tũc dicet
rex hijs q a dextris eius erũt. Ve
nite bñdicti pris possidete patũ wbis
regnũ a cõstitucõne mũdi. ¶ De ter
cã nota qz p tria signa pãpue ppen
dere possum si deũ diligam. Primũ
signũ ẽ mandatoz ipius obseruatio.
Vñ ipe dt ioh. xiiij. Si diligitis me
mandata mea seruate. Itẽ ioh. xv.
Manete in dilectioe mea. si pcepta
mea seruaueritis manebitis in dilcõe
mea. Glo. dilcio pcedit obseruantiã
mãdatoz. Itẽ ioh. in ca. j. v. Hec ẽ
caritas dei in nobis ut mãdata eius
custodiam et mãdata ei gravia nõ
sũt. Secũm signũ dilcõis dei ẽ eleo
sinaz in paupes crogacõ. Vñ dicit
dñs petro. iohis. xxi. Symon iohis
diligis me pasce agnos meos. Per
agnos dñi paupes intelliguntur. dñs
em agnoscit eos. Dño quippe dereli
ctus ẽ paup ut dt ps. Qui igit dñm
vere diligit libenter eleosinis suis pau
peres pascit. Terciũ signũ vr dilcõis
nulla de die iudicij trepidacõ. Vñ dt
ioh. j. ca. iiij. In hoc pfcm ẽ caritas
dei nobiscũ ut fiduciã habeamus in
die iudicij. Timor em nõ ẽ in caritã
te. ꝫ pfca caritas foras mittit timo
rẽ. Perfecte qui dñm diligit ut prem caris
simũ nõ timebit eũ ut iudicẽ severis
simum. ¶ De quarto nota qz qui ve
re deũ dilexerit triplex ex hoc bonũ
cõsequet. Primũ ẽ qz a prẽ et filio a
spũ sancto amabit. Secũm qz ei ois
gloria filij manifestabit. Terciũ est
qz a scã trinitate semp inhabitabit.
De primis duobz dt ipe dñs ioh. xiiij
Qui diligit me diliget a prẽ meo et
ego diligam eum et manifestabo ei
meipsum. Vere magnũ est hominẽ
diligi a patre. et filio mediante spiri
tu sancto. quia ipse est amor patris
et filij. Magnum est eciam hominẽ
mortali omnẽ gloriam filij dei mani
festare Tertio dicit et ipe dñs ioh. x
iiij. Si quis diligit me sermonẽ me
um seruabit et pater meus diliget
eum et ad eum veniemus et mansio
nem apud eum faciemus. Vere glo
riosum est animam boni hois pala
tium esse scẽ ac indiuidue trinitatis

rogate gꝝ dñm ut sic eū ex toto cor
de et ex tō aīa et ex tō mente diligaꝝ
ut ipm ūnū et vnū pꝝ hāc vitā in ce
lesti gla videamꝝ. Qđ nobis nē.

Dñica xix. Sermo. lxxiij.

Ecce offerebāt ihū paliticū ia
cētē in lō. Tria sūt hꝫ notā
da. Primū ē qđ p paliticū q dño of
ferr intelligar. Secm ē qđ p illos q
paliticū dño obtulerūt exprimar. Ter
cīū quo paliticus iste sanitati restitu
atur. De pmo nō q p paralitici
pcōr intelligīr. Maxīe ille qui subia
cet superbie auaricie gule luxurie et
accidie. Hec em quinq pcā sūt qsi
quīq digiti in manu dyaboli et p quā
trahit ad se pene totum genꝝ humānū
Nō igitr q palisis ē lesio partis que
fit cū priuacōne sensus vel motꝝ vel
vtriusq. Fit aūt ex ꝯbz causis pūci
palīc. Quīq em fit ex incīsione quīq
ex frigiditate cōstringēte et quīq ex
humōre opilāte ex qbz cauꝫ denegar
aditus spirituū ad īstrumenta men
broꝝ. Fit itaq palisis quīq ex inci
sione. et p hoc nōr superbia. Superbia
qppe ē gladiꝰ dyaboli p quē gladiū
ipe pmꝰ ausus ē altissimū impugnare
ꝫ certe in pugna succubuit. Detracta
ē em ad inferos superbia eiꝰ. a qđ pus
erat qi lucifer q mane oriebar. nūc
est qi cadauer fetēs et immundū. Et
nota q dyabolꝰ adhuc non desinit
mēbra xpi impugnare p superbiam.
Qui aūt superbie acceperint vulnꝰ a
mittūt spm scm. Fugit aūt spūs san
ctus cor lesū p superbiā. Unde dr eccles.
x. Odibilis cora deo et hoibus est su
perbia. Superbia quoq et due eius fi
lie scz ira et iuidia magnū dāpnū fa
ciūt hoi. De hoc dāpno dr mgr hugo
de scō victoe. Superbia aufert m deū
et iuidia pxim et ira meipm. Fit ecī
am palisis ex frigiditate cōstrīgēte.
p hoc notar auaricia q cōstringit po
ros cordis ne possit ad illud puenire
spūs caritatis siue pietatis. xpē hoc
dr eccle. xliij. Frigidus ventus aquilo
flauit et gelauit cristallꝰ ab aqua.
Per frigidū ventū aquilonē sicut dr
glō dyaꝰ figurar qui flat auaricia
ad cor hoīs. et sic si qđ aqueū id ē cō
passionis erat in corde hois totū con
uertit in cristallum. i. in tenacitatis
duriciā. Sunt aliqui diuites tena
ces qui dū vident pauperes in hyeme
nudos et famelicos fortita dicūt eis
Ite calefacimi et comedite. Xpi tñ nō
pticipāt cū eis vel ignē suū vel vestes
suas aut cibū. Cor em eoꝝ ē p auari
ciā cōgelatū. Cōtra tales dr iacobi.
Si frater et soror nudi sint et indi
geant victu cotidiano. dicat aūt ali
quis de vobis illis. Ite in pace calefa
cimini et saturemi. nō dederitis aute
eis q necaria sūt corpi qđ pderit. Fit
aūt palisis ex humōre grosso opilāte
et p hoc notar luxuria q pcludit viā
spūi scō. Spūs em scūs nō habitat in
corpore subdito peccatis viciīs lux
urie. sicut dicitur sapiencie primo. xp
ter hoc dicit aplūs ad chorīm. j. vi.
Fugite formicacōnē. Omne em pcm
quodcūqz fecerit homo extra corpus
est qui aūt formicat in corpus suum
pcat. quare? qr videlicet p luxuriā
seipm inquinat et se inhabitacōe spūs
priuat. sequit em. An nescitis qm
mēbra vra templū sūt spūs sci q in vo
bis ē. Fit eciā palisis ex superfluitate

ãbor et maxime potuũ. Et p hoc nõ
aut gula q̃ aiaz facit palitiã. Cõtra
potus supfluitatẽ dt eccl̃ xxxi. Sai
tas ẽ amme et corpis sobrius potus
Vinũ multum potatũ irritationẽ et
irã et ruinas multas facit. amaritu
do amme vinũ multũ potatũ. Nota
eciã q̃ palis alia ẽ vniũsalis alia
partialaris. Vniũsalis ẽ que recte
mediam ptem corpis occupat. Par
tialaris que ptem tm̃ ut manũ vel
pedem oculũ vel linguã et sic de alijs
mẽbris Paralisis igit̃ partẽ illam
corpis quã occupauerit reddit sepe
totum inutilem. et p hoc notat̃ acci
dia. Accidiosi nãq; hñt linguã ma
nus pedes et alia mẽbra a tũ nõ mo
uent ea in obsequiũ ihu xpi. Vñ sũt
q̃ toti palitici. ppt̃ hoc de eis dr i ps.
cxiij. Os habent et non loquent̃ ocu
los habent et nõ vidẽbũt aures hñt
et nõ audiẽt. ac̃ Pctores em̃ os hñt
et tm̃ ppt̃ accidiã nõ loquũt̃ nez illd
aperiũt ad pctorũ suoz cõfessionem
vel ad orõnẽ. Oculos eciã hñt et tm̃
nõ vidẽt vel xpi passionẽ vel paupm
afflictionẽ. Aures hñt et non audi
unt xpm eterna ptmia iustis pollicẽ
tem et ppetua supplicia pctoribz pdi
cantẽ. Nares hñt et nõ percipiũt odo
rem regni suauissimi et fetorẽ gehẽ
ne intolerabilissimũ. Manus hñt et
nõ palpant ut vel leuẽ laborẽ p do
mino attingãt nec eciã laborãt ut
graues afflictiones ppt̃ dñm sustı
neant. Pedes hñt et nõ ambulabãt
vbi vel vba populo nũciant̃ vel eciã
infirmi xpi corpe vicant̃. V De secũ
do nota q̃ p illos qui palitiam dño
obtulerũt intelligit̃ ipa diuina mia
et orõnes iustoz. Per ipam namq;
inestimabilẽ misericordiã multi eciã
quasi nolẽtes trahunt̃ ad salutẽ Di
uina siquidẽ mia p infirmitatum et
adũsitatũ flagella cõpellit intrare.
qui si infirm nõ essent ne q̃q̃d ad
uersi eis accideret nũq̃ puenirẽt ad
eternã salutẽ. Orõnes eciã iustoz of
ferunt xpo ut saluent̃ per ipm. Sic
stephanus paulũ suis pcibz obtulit
xpo. Sic btã virgo maria theophi
lum grẽ reformauit. sic innũabiles
alij p orõnes bonorũ cõnũsi sũt ad
xpm. V De tercõ nota q̃ q̃tuor con
curreruũt ad curationẽ huj̃ palitici.
Primũ fuit q̃ dñs ei pcã sua remi
sit. tria alia fuerunt qd̃ dcm̃ fuit illi
ut surgeret et lectm̃ suũ tolleret et in
domũ suã iret. Hec eciã quatuor ne
cessaria sũt ad saluacõnẽ cuiuslibet
pctoris. Primo em̃ necariũ est ut ei
pcã remittant̃. et hoc fit p veram con
tricõnẽ. ppter rea quilibet dñm debet
rogare omni tpe ut largiat̃ ei veram
contricõnẽ. sine hac em̃ nemo salua
ri potuit. Secdo nece ẽ pctori ut sur
gat idest sursũ se erigat p cõtemptũ
terrestriũ et p amorẽ supcelestium.
Surgẽ em̃ debet a corpalibz delectati
onibus et inhiare debet supcelestibz.
Tercõ oportet ut lectũ suũ tollat. Le
ctus amme ẽ corpus. Tũc aũt lect9
tollit̃ cũ corpus a spũ in dei seruicio
strẽnue exercet̃. cũ videlicet homo
ieiunat. vigilat. orat. plorat. et per
alia pcmtẽcie opa corpus suũ casti
gat. Quarto nece est ut in domũ suã
idest in padisi requiem p iuge fidei
cium vadat. Non em̃ habemus hic
domũ manẽtẽ. sed peregrini sumus

et aduene sup trā. Rogate ergo dñi nū ut sic nos a palis supbie auaicie luxurie gule et accidie auaē dignet ut domū eine ḡetis ab oib⁹ absoluti pēis introire mereamur. Qđ no. ꝛc

Dñica xx. Sermo. lxxxiij.

Simile ē regnū celoꝝ hoi regi qui fecit nuptias filio suo.

In pñti euangelio quinq⁹ pcipalit sūt notāda. Primū ē quid p hoinē regē qui filio suo nuptias fecit intelligat. Secūdo quid p nuptias que filio a prē facte sunt exprimat. Tercio est quid p illos qui ad nuptias inuitati non venerunt significetur. Quartū est quid eciam p illos qui venerunt ad nuptias figuret. Quintum est que mala qui ad nuptias non venerit patiet. ¶ De primo nota q⁹ p hoinē regē deus pater intelligit. Licet em pson pūs hūanitatē nō assumpserit nec incarnata fuerit tamē deus pater homo dicit ppt humanitatē idest pietatē qua filioꝝ suorū idest oim eoꝝ quos creauit in tēpore grē videlicet in hac vita iugit miseret. Proprium em dei ē misereri semp et parcere. Rex em dr deus pater q⁹ elēctos suos regit. Unde dr in ps. Dñs regit me et michil michi deerit. Qz aūt ipe sit rex testat p semetipz ita dicens malach. v. Rex magnus ego sum. Et vere ipe est rex magn⁹ quod eciā nabugodonosor testatur. iij. iij. et iiij. capitulo danielis ita dicēs et scribens. Vere deus celi deus deorū ē et dñs regū. regnū eius regnū sempiternū. et ptās eius ptās sempiterna iuxta voluntatē suā facit tū in virtutibus celi ꝗm in habitatoribus terre et non est qui resistat manui eius et dicat ei. Quare hoc feci, sti. ¶ De secūdo nota q⁹ p nuptias quas pdictus rex fecit filio suo intelligit illud inenarrabile gaudiū et illa gloriosa copula quā dei filius vnigenitus ihesus xp̄us ecte sue idest congregationi omniū iust⁹ quos suo sanguine redemit vnietur in patria. Vniuersa quippe ecta idest oīs cōgregatio electoꝝ sponsa est filij dei quā ipe dei filius in cruce sibi despōsauit. Unde inclinato capite emisit spiritū quasi amabile osculum porrigens sponse sue. Hanc sponsam finito hui⁹ mundi spacio ipe dei filius vniuersaliter ac integraliter copulabit. tunc eciā corpa electoꝝ gloria et honore mirabiliter vestiētur. Quale gaudium et qualem leticiam tunc habituri sint electi cū xp̄o null⁹ mortalium sufficienter poterit explanare. De hijs nuptijs dicit apoca. xix. Vox de throno exiuit et dixit michi. Scribe beati qui ad cenā nuptiarū agni vocati sunt. glosa. pfecte scilicet ut peruenant. Ad has ergo nuptias rex idest deus pater inuitatos p intrinsecam ammonitionē vocat eciam p extrinsecam predicationē dicens seruis suis idest predicatoribz. Dicite inuitatis ecce prandium meū paratū tauri mei et altilia mea occisa et omnia sunt parata venite ad nuptias. Nota q⁹ gaudium supne patrie in loco isto prandium appellatur ꝓpter ardentem appetitū quē electi eciā habebunt in illo gaudio superdulci. Ardentiorem siquidem

appetitum hominēs cōsueuerunt habere in prandio q̄ in cena. Alibi vo gaudiū illud cena vocat xp̄i filiatē et perpetuitatē. Omnibus em gaudijs huius mundi transactis et elapsis illud sequet qđ semp pmanebit. Quare aūt venire debeam? ad nupcias subdit ratio. qua videlicet tauri et altilia sunt occisa et oīa parata sūt omnia. Per tauros intelligunt sancti apostoli et martires qui iugū dñi portauerūt et aratrū dñice crucis traxerūt. Isti em occisi sūt et viā nob ad nuptias xp̄i suo sanguine p̄parauerūt. Per altilia idest p aues domi alitos siue nutritas sancte vigiles figurant. que licet tenerū corpus habuerunt tamē martiriū p dño fortiter passe fuerūt. Et hee nobis ad has nuptias suo exemplo viam fecerūt. Omnia eciā parata esse nobis sancti confessores et vita bona et doctrina recta sufficiēt ostenderūt. Ad quā venire iubemur ad nuptias. ß heu pauci veniunt. ¶ Unde de tercio nota q̄ q̄ tuor gnā hoim ab hys nuptijs excludunt. Primi simplicit venire nolue runt. Secūdi et tercy venire neglexerunt q̄ alius abijt in villā suā alij in negotiacōnē suā. Quarti em non venerūt sed tenuerūt seruos regis et cōtumelys affectos occiderunt. Primi qui simpliciter venire noluerunt figniſicant gentiles iudeos et hereticos qui in errore p fidie sue ita sunt obstinati q̄ plane venire nolunt ad regnū. Pōt eciā p primos intelligi aliqui qui ita inexorabilit odiūt alios q̄ dicāt. si ego iacerē in extremis et iam moriturus essem et scirem q̄ semp in inferno arderē deberem ego nō remittere ei qui michi tantā fecit iniuriā. Tales itaq; cathenati sunt rancore et odio q̄ potius volunt alienari a xp̄o et dāpnari cū dyabolo q̄ eis ex corde remittere qui eos leserunt verbo vel ope. Secūdi eciā nō venerūt quia in villam suam abierūt et p istos intelligunt superbi. In villam em ire est dominiū et p̄cipatū sup alios querere. Superbi quippe dummodo principari et dñari possint in hoc seculo non curant de superno gaudio. Tercy quoq; nō venerūt q̄ ad negotiacōnē iuerunt. Per istos designant auari. Auari denīq; p̄ nimias occupacōnes circa negotiationes seculi et p̄pter iniusta lucra trāsitory boni negligunt et amittūt possessionē eterni boni. Quarti eciā non venerūt ymmo seruos regis tenuerunt et contumelijs affectos occiderunt. Per istos aūt notant luxuriosi qui seruos regis idest p̄dicatores verbi dei quantū in eis ē tenēt Quantū em possent vel audent impediunt ne verbū dei p̄dicetur. Plures eciam ex illis si possent et liceret eis verbi dei ministros et cōtumelys afficerent et occiderēt. Dicit eciā apostolus ad ro. p̄mo. q̄ luxuriosi p̄ria corpa cōtumelys afficiunt. ait em sic. Tradidit illos deus idest tradi p̄misit in desideria cordis eoz in immundiciam ut cōtumelijs afficiāt corpora sua in semetipsis. De p̄na vero luxuriosoz dicit in p̄ti euāgelio. q̄ videlicet rex iratus missis exercitibz suis p̄didit homicidas illos et ciuitatem illorū succēdit. Ita et deus pater

missis angelis pdit luxuriosos qui
sūt homicide q̄ntū in ipis ē dei et p̄di
catoꝛ eius· necnō et aie ꝓprie· Ciui
tatē vo coꝛ· i· corpa eī no igne sucrē
det· ¶ De q̄rto nō q illi q̄ erāt in ex
itibz viaꝛ a huius regis iuitati vene
rūt et nuptias impleuerūt· Illi sūt
in exitibz viaꝛ q̄ morte suā iugiter
pspiciūt et qui se credūt cotidie mori
turos· Et certe tales dignos se effi
ciūt ut ad xp̄i nuptias introire me
reanē Quicūqz em̄ mortis sue effica
citer recordanē studēt esse cōtinētes
patientes et obediētes· mitūē semet
ipos p veꝝ contricōnē et p veꝝ con
fessionē a pcoꝛ maculis expiaē· nō
negligūt cleōsinas suas paupibus
erogare· nō cessant oc̄ōibz ac alijs
bonis operibus eugilare ut videlicz
ut cum ex corpore migrauerint ad
xp̄i nuptias alacriter recipianē q̄a
vestem nuptialem idest bona opera
secum attulerūt· ¶ De quinto nota
q qui ad nuptias filij dei non veneit
quinqz mala patietur· videlicz p̄mo
manuū ac pdum duram colligacio
nem· Vñ di· ligatis manibus et pe
dibus· Secdo ex alto p̄cipitationē
sequit· Mitte eū idest p̄cite· Tercio
tenebraꝝ horrorē· sequit· In tene
bras exteriores vbi tantū erit visio
terribiliū demonū· Quarto sustine
bit fletū et eternū meroreē· vñ sequit
Vbi erit fletus videlicet ꝓpter ignis
acerbitatē· Quinto patiet dentium
stridoreē· sequit· Et stridoꝛ dentiū qui
erit ꝓpter frigoris intolerabilitatem
Rogate karissimi dñm ut sic bonis
opibus insistamus ut videlicet dāp
nacōnem p̄petuam euadamus et
ad xp̄i nuptias cū gaudio veniam9
Quod nobis prestare dignetur aī

¶ Dñica xxi· Sino· lxxv·

Omine descēde p̄usq̄ moriaē
filius meus· ¶ In pīo euan
gelio tria p̄cipalie sūt notāda· Pri
mū est quid p regulū qui accessit ad
dñm rogaturus intelligaē· Secdm
est quid significeē p filiū reguli qui
apud capharnaū infirmaē· Terciū
est quid p horā septimā in qua filiꝰ
reguli conualuit exprimatur ¶ De
primo nota q p regulū quilibet ho
mo intelligitur· Quilibet em̄ homo
sub illo magno et eterno rege celoꝝ
quasi quidam regulus existit· suscē
pit quippe de manu dñi regnū cordis
et quinqz sensuū suoꝝ gubernandū
Coꝛ namqz et quinqz sensus hom
nū sunt quasi sex ciuitates· Popu
lus namqz harū ciuitatū sunt cogi
tacōnes locucōnes a opacōnes· Iste
regulus ut bene regat regnū suum
iugiter sedere debet in solio iudicij q̄
et cōtinue discutiat si cogitacōes locu
cōnes ac opacōes sue digne sint cele
sti p̄mio vel eternali supplicō ut sic ea
q̄ digna sūt supplicō ꝓscribat et abi
ciat· Illa vero que celesti p̄mio dig
na sunt amplexetur et foueat· Vñ
dicitur ꝑu· xx· Rex qui sedet in solio
iudicij dissipat oē malū intuitu suo·
Intuitu videlicet iudiciarie discussio
nis· ¶ De secdo nota q p filiū regu
li ipa aia vel spūs hois itelligiē quē
filiū apud capharnaū infirmari cō
figit· Capharnaū quippe intelligiē
ager pinguedinis vel villa consola
tionis a sigficat habūdāciā sc̄ale reē
et voluptateē carnalē· Habundācia

nãq; secularis et voluptas carnal sepissiẽ sũt occasio et cã q; aia l' spũs hois infirmat infirmitate pcti Q; abũ dãcia secularis nociua sit aie sũ spũi ph° manifeste ꝓbat q; sapiẽs sic oãt ad dñm· pũ·xxx Dicias ne deꝛeis mihi tue tñ virtuti meo nẽ aia ne forte sa ciatus illiciar ad negãdũ et dicã qs ẽ dñs· Diuites g° huj mũdi incidũt in vanitatẽ cordis et obliuionẽ dei· et certe hoc ẽ infirmitas maxiã· dt em̃ aliqs habũdãs in hoc seculo· Di ues sũ a loꝛpletatus a nullj egeo· a nescit q; ipe ẽ miser a miserabilis et paup et ceus a nudus· sicut dicit apo·iij· Voluptas eciã carnalis sepe fãt aiaz siue spm̃ infirmari p pcm̃ maxiẽ luxurie· Vñ dr ips·lxxx Pro dyt ex adipe iniq̃tas eoꝛ·i·luxuria eoꝛ puenit ex voluptate et saciete coꝛpali· Vñ dr deutro·xxij· Incrassatus impiguat° dilatat° dẽliquit dñm fatorẽ suũ et recessit a deo salutari suo· Multi ergo p sacietatẽ coꝛpalẽ recedũt a deo salutari et adherẽt in mũdi fornicatrici· sz certe finis eorũ ẽ interitus sempiternus· Igit̃ qãq; intellexerit p gemitũ et remorsũ pscientie aiam suã siue spm̃ p qualecũ qz pcm̃ infirmari nãe hz ut pedibus desideioꝛ a affectuũ vadat ad ihm ac supplices pces fundat ad ipm̃ sic inq̃ens· Vñe descẽde pusq; moriat filius mei· q· d· O dñe scio q; tibi ꝓpriũ ẽ misereri semp et parcere· Descẽde igit̃ p ꝓpassionẽ et miaz et sana am mã meã q; grauit infirmat pusq; mo te moiat etna ¶ De ẽ nõ q; ad cu racõnẽ seu sanationẽ spũs sũ aie p pcatũ infirmate septẽ hore requirũt·

Prima hoa ẽ q; hõ recognoscat q; a deo sit creat° · Secda ẽ q; cũ sciat ad q̃d sit creatus· Tercia ẽ q; recolet q; mãdata a suo creatore accepit· Qrta ẽ ut videat si cõtra aliqd mãdatũ peccauerit · Quinta ẽ ut pca utpote vilia detestet· Sexta ẽ ut futuri iudicy attẽte memoret· Septia ẽ ut p pcis suis intime doleat et cõteꝛat Prima itaq; hora ẽ que requirit ad 1ª curationẽ ut videlicz homo recognoscat a quo sit creatus· Jumẽto em̃ similis ẽ homo qui nõ agnoscat creatorẽ suũ· Quis aũt nos creauerit oñdit ps·ita dicẽs· Scitote q; dñs ipe ẽ deus ipe fecit nos et nõ ipi nos Impꝛpeat deꝰ pcori q; oblitus sit sui ita loquẽs deut·xxij Deũ q; te genuit deseruisti et oblitus es dñm creatoꝛis tui· Hõ igit̃ q; attẽdit a quo sit creatus· debet eciã scire ad q̃d sit creat° 2ª et hec est secda hora· Creatus aũt est hõ ad hoc ut fruiat creatoꝛi suo· Hinc dr deutro·x· Israhel quid dñs deꝰ tuus petit a te nisi ut timeas dñm deũ et ambules in vijs eius a diligas a seruias dño deo tuo in toto coꝛde tuo et in tota aia tua· Ut vere hõ ad cõtenci° possit seruire creatoꝛi suo 3ª oportet ut recolz q; pcepta a dño creatore suo recepit· et hec ẽ tercia hoa De preceptis aũt dñicis dr deut·iiij· Scito a cogita i coꝛde tuo q; dñs ipe sit deus in celo sursũ a in tra deoꝛsũ et non sit alius· Custodi precepta eius atq; mandata ut bene sit tibi et filys tuis post te et pmaneas mlto tẽpoꝛe super terram quã dñs deꝰ tuus daturus est tibi· Sequitur in quito capitulo· Nõ hẽbis deos alieõs

in cōspectū meo. ego em̄ sū dñs de⁹ tu⁹
Nō vsurpabis nomē dn̄i di frustra
vel inanū q nō erit impunit⁹ q sup re
vana nomē ei⁹ assūpserit. Obſua
die sabbi ut scifices eū. nō facies in
eo q̄tḡ opis. Honoā prēz tuū a ma
tre tua ut lōgo viuas tpe et bñ sit ti
bi in tra quā dñs de⁹ tu⁹ dabit⁹ sit
tibi. Nō occides. nō mechabris. furtū
qz nō facies. nō loq̄ris ptra pximū
tuū flm̄ testiōniū. nō cupiscres vxo
rem pximi tui nō agrū vel domū nō
ſuū nō ancillā nō bouē nō asinū et v
niúsa q illi⁹ sūt. Ecce decē p̄cepta do
mini q̄ quilibz ſuae tenet. Qui vero
p̄cepta dei accepit dz attēdē si cōtra
aliq̄d illoz peccauerit. et hec ē q̄rta
hoā. Debz em̄ hō sollicite apd semet
ipm cōferre de obſuācia mādatoz di
et studiose pscrutari tenet si ptra a
liq̄d illoz deliq̄rit. Quicūqz em̄ offen
dit in vno factus ē oim reus. pter qd
dr iacob. ij. Quicūqz totā legē ſuaue
rit offendit aūt in vno factus ē oim re
us. Si vo inueneit hō se ptra man
data dei peccasse dz ecia pēi vilitatē
cōsiderare ut pēm eo fortius detri ste
tur. et hec ē quinta hoā. Oibz etem̄
sordibus vilius ē pēm. Vnde dixit
seneca phus. Si scirē deos ignosci
turos hoies aūt ignoraturos adeo
vile ē pēm q pēm dedignarer. Qui
igit vilitatē pēi cōsiderat debet ecia
strictissimi iudicij meōrari. et hec est
sexta hora. Apud quē em̄ tunc pēi
vilitas inuēta fuerit inestimabilit̄ con
fundet. De hac cōuersione dr iem̄. ij.
Quō cōfundit fur qn̄ deprehenditur
sic confusi sūt domus israhel. i. mali
ppiam. Qui igit districtissimi iudi
cij recordatus fuerit cū effectū. nāe est
ut p pēis suis et grauissima dei of
fensione doleat ac acriter cōterat. et
hec est hora septia in qua eine salu
tis aia q̄ volebat visitatē pēorū de
cetero cōtricōnē eoz plenarie habe,
at. hac hora dr ioh. iiij. in hodierno
euāgelio. Heri hora septia reliquit
eū febris videlicet auaricie et luxu
rie. Per auaricia quippe fit⁹ hoimis
dest aia siue spūs eius frig⁹ patit
inordinatū. Per luxuriā ecia calore
exardescit inordinato. Qui aūt vere
cōtritus fuerit reliqt eum ista febris
Cōtricō vo ut plenū vultis sue cōsequ
tur effectum. debet hre duos ermos
videlicet. purissimā cōfessionē a volū
tariā satisfactionē. Rogate ergo kmi
dnm q⁹ sic p pēis nris otremur ut
vitam eternā assequi mereamur.
Quod nobis prestare dignetur ac

Dñica xxiij. Smo. lxxv.

Cum cepisset homo rex rationē
ponere cū ſuis suis oblatus ē
ei vnus qui debebat decē milia talē
tu nē. In pñti euāgelio quatuor
sūt notāda. Primū ē qd p hoinē re
gem q̄ rōnē cū ſuis suis posuit intelli
gat. Secdm est quid p rationē quā
rex iste a ſuis suis exquirit accipia
tur. Tercium est qd p illū q decē milia
talenta debebat exprimat. Quartū
est quid facere debet decē milium ta
lentorum debitor ut ei cīte debitum dimit
tat. De primo nota q⁹ p hominē
regem dei filius intelligit videlicet
ihesus cristus. De isto homine dixit
cayphas xi. Expedit vob ut vn⁹ mo
riat hō p pplō. et nō tota gens pe
reat. Q ecia ihesus sit rex testatur

p semetipm ioh̄. xviij. vbi aũ pylat⁹ quesiuit ab ipo. Tu es rex iudeo⁹ xp̄e? ñdit. Regnũ meũ nõ ẽ de hoc mundo. si de mũdo hoc essz regnũ meũ ministri mei vtiqz decertassent ut non traderer iudeis. ideo in celo ẽ regnũ meũ. Ibi em̄ regnat cũ electis suis. vñ cantaẽ. O q̄ gl̃osũ ẽ regnũ q̄ cũ xp̄o regnãt oñs sci amicti stolis albis sequũt agnũ q̄cũqz ierit. ¶ De scdo nota q̄ p racõnẽ quã iste hõ rex cũ ꝑ ius suis est positurus significaẽ examinacõ meritoꝝ sicut dicit glõ. Hãc aũt examinacõnẽ dñs ptialiter facit in morte vniuscuiusqz. sz gñaliter eã faciet in die iudicij. De hac examinacõne dr in ps. xvi. Probasti cor meũ et visitasti nocte igne me examinasti et nõ ẽ inuẽ. Dñs em̄ nocte idest in morte q̄n videlicet sol materialis occidit hoibz vniuersaliuscuiusqz cor p bat. linguã visitat. et opus examinat. et hoc igne. i. sapiã et austeritate iudiciaria. In igne q̄ppe duo nõtur videlz lux et ardor. Per lucẽ itelligẽ sapiã iudicis. Per ardorẽ austeritas eiusdẽ iudicis figuraẽ. Per sapiẽtiã q̄ppe nullius facinꝰ ptrãsit indiscussũ. Per austeritatẽ vo nullũ pẽm relinq̄t impunitũ. Q̃ aũt dñs in morte cor hominis ꝓbet siue scrutetur declarat p iheremiã. xvij. Ego dñs scrutans corda et ꝓbans renes qui do vnicuiqz iuxta viã suã et iuxta fructũ adinuẽtionũ suarũ. Dicit eciã sapi. i. In cogitacõibz impy inquisitio erit. Q̃ eciã linguã sit iudici aliter visitaturus dñs p semetipm testaẽ math. xxv. Dico vobis q̄m de oi vbo ocioso q̄d locutus fuerit hõ reddet racõnẽ de eo in die iudicij. Ex verbis em̄ tuis iustificaberis et ex vbis tuis condẽpnaberis. Q̃ eciã opa nra dñs sit examinaturus asserit paulus ij. cor̃. v. ita dicẽs. Omnes nos manifestari oz añ tribunal xp̄i ut referat vnusquisqz ꝓpria corpis ꝓut gessit siue bonũ siue malũ. Necessariũ igit̄ ẽ nobis kr̃i ut hãc iudiciariam examinacõnẽ semp ante mentis oculos habeam⁹ et sic nos ꝓparemus quasi hodie vel cras de omni locutione cogitacõe et ope racõnẽ sim⁹ coram deo reddituri. Quis eciã scit vtrum cras sit victurus. Vñ seneca. Ego certe velut ille laturus sñiaz de oibz ãmis meis dies venerit ita me observo et alloquor. De eo nõ q̄ p illũ q̄ decẽ mlia talẽta debebat transgressor siue violator decẽ mãdatoꝝ dñi figuraẽ. Cuiuslibet em̄ trãsgressio siue violatio quasi pondus ẽ mille talentorũ quod miserũ pctorem demergit in infernũ. Vñ dr de violatoribus ꝑceptorũ dei. exo. xx. Submersi q̄ plũbũ in aquis vehemẽtibus. i. in aquis infernalibz ve eternũ habẽtibus. Vnde eciã dicit ysai. xxiiij. de aia pcatrice. grauat eã iniquitas sua et corruet et nõ adiciet ut resurgat. Primũ igit̄ ꝑceptũ dt. Nõ habebis deos alienos coram me. Hoc preceptũ violant omẽs qui mulierẽ vel nũmũ vel ventrẽ vel aliã quãcũqz tẽptalem amori vel cultui diuino ꝓponũt. Hoc eciã ꝑceptũ violant mulieres que sortilegia et incantationes et maleficia faciunt et qui in talibz confidunt. Secundum preceptum dicit. Non assumes nomen dei tui

inuanū. Istud violant qui iniuria cō
mittūt et q̄ ecīā sine causa iuramen
ta emittūt. Terciū p̄ceptū dt. meme
to ut diē sabbi scifices. Hoc mādatū
violāt qui in dnicis diebz ac alijs so
lēpnitatibz sine licencia et magna
nēcitate in bigis vadūt et carribz et
qui tūc choreas ducūt et cū globis a
trapillis ludūt et q̄ tunc tm̄ vētri et e
brietatibz intendūt. Quartū p̄ceptū
ait. Honora prēm tuū et mrēm tuā
Hoc p̄ceptū violāt qui circa pntes
suos pterui sūt et qui eos in sua se
nectute dspiciūt nec eis in suis nēci
tatibz assistūt. Quintū p̄ceptū dicit.
Nō occides. Huiꝰ p̄cepti violatoēs
exīstūt manuales occisores et detra
ctores illiq; qui prīōs suos odiunt
et q̄ eis mortē vel aliquā egritudinē
vel ecīā dāpnationē imp̄cant et cīnā.
Sextū inquit. Nō mechaberis. Hoc
p̄ceptū violāt fornicatores et adul
teri et incestuosi et sodomitici et oēs
luxurie sectatoēs q̄literaliq; ip̄a ꝓpe
trāt. Septimū p̄ceptū dt. Nō furtū
facies. Huiꝰ p̄cepti violatores exi-
stūt fures raptores incendiarij the
oloneary vsurarij falsarij et oēs
auari. Octauū p̄ceptū ait. Non fal
sum testimoniū dices. Hoc p̄ceptū
violant mali aduocati qui iustas
causas opprimūt et q̄ tuent iniustas
qui ecīā innocentes accusant et qui
innocētibz p testiōniū calūpnie corā
iudicō secularī bona sua auferunt.
Nonū p̄ceptū. Non cōpisces vxo-
rem primi tui. Huiꝰ mandati vio
latores sūt qui in luxuriosis cogita
cōnibus delectāt et vellēt fornicari si
licēret eis et possent. Decimū p̄ceptū
dicit. Non desiderabis dēm ꝓximi tui
Hoc p̄ceptū violāt qui bona ꝓximo
tūi et res cōtra legē iustīe vel acqui
rere vel possidere desiderāt. Trāsgres
sores itaq; oim decē p̄ceptoꝝ sūt q̄si
debitores decē milīū talētorū. Hos
dñs cū suo iudicō fuerūt pūnati: p̄cipi
et venūdari et vxorē eoꝝ et filios et
oīa que habent et reddant ea que
tenentur. Hec venundatō est eterna
dāpnatō. Omnis em̄ qui mortuꝰ fue
rit in p̄cō mortali: venundabīt idest
supplicys eternis cōmēdabīt. Vxor
eciam sua idest cōscientia a filijs eius
idest opa et omnia mēbra que habz
cū xp̄o venundabunt idest eternali
dampnabūt ut videlicet psoluat in
pena que cōmisit in culpa. ¶ Deq̄
to nota q̄ tria faciēda sūt p̄cōri ut
ei oīe debitū dimittat. Primū ē ut
corā dño se psternat. vñ dr. Procī-
dēs aūt seruus ille. Hedm est ut ea
que neglexit vel egit se emendare p
mittat. vñ sequit. Rogabat eum di
cēs. patienciā habe in me et oīa red
dā tibi. Terciū ē ut prīō suo hoc qđ
in se deliquit ex corde dimittat. Igit
ut cōsequamur venīā p̄cōrū nrōrū
quasi iam diuino iudicō assistentes
debemus nos primo corā domino p
sternere p veram contricōnē. Vñ dicit
q̄ procidit seruus ille idest pnus ce
cidit q̄i manus pedes caput et totum
corpus offerēs dño. et hoc fit p cōtri
cōnē. Vera quippe cōtricō totū corpꝰ
offert pme. Hedo ꝓmittere debemꝰ
q̄ velimus bona que neglexīmus et
mala que commisimus omnia vin
dicare et emendare p plenam sa
tisfactionem. Vnde ecīā dicebat ille.

patiẽciã habe in me et oia reddã tibi
q.d. Permitte me diutius viuẽ et
ego totũ emẽdabo qđ peccaui. Tercõ
debem⁹ pris nãs q̃ nos offenderunt
ex toto dimittẽ. Nđ qz nõ fecit seru⁹
ille cui dñs decẽ milia talẽtoz dimi
serat. sed tñ a cõpuo suo tã impatiẽ
ter extorsit cẽtũ denarios. Vocauit
eũ dñs et oẽ debitũ qđ dimiserat re
petijt et exegit per tortores. Et hoc
valde terribile ẽ exẽplũ oibz hijs q̃
nolũt iniurias sibi illatas ex corde
remittẽ. Vñ eciã dñs in cõclusione
hui⁹ euãgelij dt. Sic et pr̃ me⁹ cele
stis faciet vob̃ si nõ remiseritis vnus
quisqz frã suo de cordibz vrãis. Roga
te ergo dñm ut sic debitoribz nãs di
mittam⁹ ut a nãs debitis absoluti
societatẽ supnoz ciuiũ attingam⁹

